PER-ILLUSTRIS, ILLUSTRIS, EXCELLENTISSIMI, AC GENEROSE DOMINI

SI quæ eſt, quã cogitare decet, materia, ad quã tamẽ homines gravi veternô in utrâvis aurẽ otioſi dormiunt, eſt profectò ADOPTIO. *Multi namq́ʒ quibus magnæ ſunt atq́ʒ immenſæ opes, eâ ſunt avaritiâ, & pecuniæ amore ita excœcati, ut de aliis ope ac facultatibus ſuis liberaliter ſublevandis ne cogitent quidem, utut benè id ſint promeriti, tantum abeſt, ut a-lios* adoptare *velint. Verùm qui rem introſpicit penitiùs, videt facilè,* adoptionem *ex æquiſſimô rationis judiciô natam tantò illuſtrius eſſe beneficium, quantò propiùs eâ tantùm non Viris Illuſtribus Romanis, ſed & ipſi Deo accedimus & aſſimilamur. Ad perfectionem verò hominis maximè facere* πρᾶξιν *boni, quod Deo eſt propriũ, unô omnes ore etiam Philoſophi aſſerunt. Ego certè in dicandâ* Per-Illuſtr. ac Illuſtr. Vræ. Excellentiæ & Generoſitati Vræ. *materiâ de* Adoptione fidelium in Liberos Dei, *non habeo ampliùs cur dubitem, me tàm à vobis ipſis* adoptatum *eſſe, quàm me Vos Magnos Pa-*